

Gebhard Bulach urteilt als Richter und Kommissar des NvK in einem Prozess des Angelus Buffali de Cancellariis, römischen Bürgers, gegen das Kapitel von St. Peter bezüglich des Gutes Castel Giubileo bei Primaporta nördlich von Rom. Zwei Suppliken an NvK sind inseriert.

Or., Perg. (Notariatssignet des Heinrich Pomert): ROM, Arch. Vat., Archivio di San Pietro, Caps. 74, Fasc. 326.

Em.: Meuthen, Die letzten Jahre 148 Anm. 1.

NvK habe ihm, Gebhardus de Bulako, decr. dr., Brixner Kanoniker, auditori suo, den nachstehenden Fall übertragen. Die Supplik an NvK wird inseriert:

Reverendissime in Christo pater et domine. Vestre reverendissime dominationi humiliter et devote supplicat eiusdem dominacionis devotus servitor Angelus Bufali de Cancellariis, Romanus civis, de regione Calumne, dicens quod, cum in locacionem habuerit, quodam casale vocatum Castrello Jubileo cum eius integro tenemento positum in partibus insule et suis finibus terminantium a reverendissimo in Christo patre et domino domino cardinali Papiensi¹⁾ et ea ratione in dicto casali sententaverit, et dicta locacione durante prefatum casale et eius tenementum venditum fuisse dicatur venerabili capitulo ac canonicis venerabilis basilice principis apostolorum de Urbe, cuius locacione et empicione seu vendicione vigore et colore inter partes predictas pro fructibus et terratico dicti casalis materia questionis exorta fuit, cuius virtute partes predictae ad compromissum in reverendum patrem et dominum Franciscum episcopum Ferrariensem²⁾, sanctissimi domini nostri pape vicarium, decreverunt. Qui dominus vicarius non visis iuribus dicti oratoris nec prefati reverendissimi domini cardinalis neque spectato nuncio misso ad dictum reverendissimum dominum cardinalem pro dictis iuribus in prefata causa nimis celeriter pronuntiavit, cum de tempore esset prefatum Angelum condemnande in dictis fructibus et terratico et aliis, prout in dicto laudo dicitur continere. A quo pro parte dicti Angeli extitit appellatum et reclamatum ac de nullitate, iniquitate dictum. Et ea propter dictus orator sciens se et sua iura ac dicti reverendissimi domini cardinalis lesura et lesa ac gravatum et gravata coram dicto domino vicario appellavit et reclamavit et apostolos reverenciales obtinuit. Pro tanto dignetur vestra reverendissima dominacio dictam appellacionis causam cum omnibus incidenciis, emergentibus et connexis ab ea committere alicui probo viro Rome commoranti et si placet locumtenenti domini senatoris³⁾ vel cui dominacioni vestre placebit audiendam, cognoscendam et fine debito terminandam summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii cum potestate citandi et inhibendi, arrestandi et sequestrandi et alia faciendi, que in premissis necessaria erunt, quorum omnium et cause status et aliorum non expressorum, que hic exprimi debuissent, hic dignetur paternitas vestra habere pro sufficienter specificata stilo curie et aliis incontrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Quequidem commissio in eius fine sic signata: reperitur:

Audiat magister Gebhardus et eam summarie etc. citet, ut petitur, et iusticiam faciat. N. legatus.

Alterius vero commissionis tenor sequitur verbis sub istis:

Reverendissime in Christo pater. Cum inter devotos oratores paternitatis vestre reverendissime capitulum et canonicos basilice principis apostolorum de Urbe ex una et Angelum Bufali de Cancellariis, civem Romanum, ex altera partibus nonnullae cause de et super quodam casalo, vocato Castrello Jubileo, eiusque tenemento seu locacione vendicioneque et empicione casalis et tenementi huiusmodi via appellacionis venerabili domino Gebhardo de Bulako, decretorum doctore, canonico Brixinensi, vestre reverendissime paternitatis auditori commisse reperientur et coram eodem pendant indecise partesque ipse hincinde in causa et causis laboribus parceri cupiant et expensis ac causam huiusmodi celerius expediri, supplicant igitur hincinde partes predictae, quatenus vestra paternitas reverendissima dicto domino Gebhardo iudici et commissario, ut in causa et causis huiusmodi etiam feriis non obstantibus summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii sola facti veritate inspecta procedat partesque ipsas prefatas ad omnium et singulorum terminorum substancialium observacionem simul et semel ac unico contextu admittat ac eisdem partibus terminum certum ad producendum, quicquid producere seu allegare coluerint, peremptorie prefigat ac causam ipsam unica sententia, a qua neuter parcium appellare liceat, fieri committere et mandare dignemini de gracia speciali, statum cause pro expresso habentes, iuribus, stilo palatii ceterisque incontrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

In fine vero dicte commissionis sive supplicacionis cedula scripta erant de alterius manus littera superiori littere ipsius cedula penitus et omnino dissimuli et diversa hec verba, videlicet:

Audiat idem eciam summarie etc., procedat, admittat, prefigat et unica sententia feriis non obstantibus terminet, ut ambe partes petunt, et iusticiam fiat. N. legatus.

- 50 *Danach erschienen vor ihm Georgius de Cesarinis⁴⁾, Protonotar, und Ludovicus de Janua, beide Kanoniker von St. Peter, sowie Nicolaus Fernandi, Kleriker aus Toledo, alle drei Prokuratoren des Kapitels von St. Peter, auf der einen Seite und der Adlige Angelus Buffali de Cancellariis, römischer Bürger, auf der anderen Seite. Sie versprachen sein Urteil im summarischen Verfahren zu akzeptieren. Die Parteien werden aufgefordert, ihre Beweise und Stellungnahmen vorgetragen. Zur Beweisaufnahme erscheinen Nicolaus Fernandi und Angelus Buffali. Danach beantragt Nikolaus*
55 *das Urteil zugunsten des Kapitels von St. Peter. Buffali erscheint nicht mehr zur Urteilsverkündung. Bulach gibt dem Kapitel in allen Punkten Recht und verurteilt Buffali zur Übernahme der Prozesskosten. — Zeugen: Annus de Fossulanis de Aquila, decr. dr., Archpresbyter von St. Eustachii in Rom, und Christopherus Krell⁵⁾, Kleriker der Diözese Freising. Notarielle Ausfertigung durch Heinrich Pomert⁶⁾, Lübecker Kleriker.*

1) Kard. Giovanni Castiglioni.

2) Francesco dal Legname, B. von Ferrara und päpstlicher Generalvikar.

3) Wohl Giovanni Antonio de' Leoncilli, der die Nachfolge des kürzlich verstorbenen Seva da Curte im Amt des Senator Urbis antrat. Die Ernennungsurkunde wurde am 1. September ausgestellt; s.u. Nr. 6005.

4) Giorgio Cesarini; s.o. AC II 7, 2061 s.v.

5) Christoph Krell, Kanzleischreiber des NvK.

6) Heinrich Pomert, Sekretär des NvK.